



Ohannes Friburgi Brisgaudię natus est anno sa
lutis millesimo quingentesimo uicesimo quin-
to. Is cum fœlici ingenio esset præditus, parentum
consilio operam literis dedit, & studia humanita-
tis feliciter percurrit. Inde animum ad Iurispruden-
tiā adiecit, & in ea adeò profecit, ut Iuris Doctor
publico consensu crearetur. Postea Argentinam
uocatus, in eo Episcopatu Archidiaconorum Of-
ficialis constitutus fuit. quam functionem magna
prudētia egregiè per annos sex administrauit. In-
de etiam Episcopal is curiæ in spiritualibus fuit Vi-
carius. Cum hoc modo res sibi commissas Iohan-
nes magna dexteritate expediret, tandem ad S. Pe-
trum luniorem Argentinæ Præpositus eligitur, atq; ab Episcopo Erasmo prin-
cipe doctissimo in consilium adoptatur. In ijs officijs Iohannes nihil intermi-
sit, quod ad literarum studia iuuanda pertinere uideretur. Vnde & principi et
eius subditis ert gratissimus. Is cum Tabernis apud principē anno 1565 esset,
pro sua humanitate me benignè suscepit, de quibusdam rebus docte contulit,
& in posterum quoq; suam operam, quod ad studia promouenda attineret, li-
beraliter est pollicitus. Anon.